Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dialogorum sacrorum Libri Quatuor

Châteillon, Sébastien

Basileae, 1565

Achimelechus

urn:nbn:de:bsz:31-102436

Visual Library

SENTENTIA.

Impij piorum amicitiam ferre non poſſunt. Iniuſtis nihil eſt intolerabilius iuſticia.

ACHIMELECHVS.

2.Reg.21.

ARGVMENTVM.

Dauid fugiens Saulum, ab Achimelecho ſacerdote panem enſemq; impetrat, ſeſe ad regium quoddam negocium ex ipſius regis mandato proficiſci ſimulans.

Achimelechus ſacerdos, Dauid.

QVid eſt quòd ſolus ſis, nullo comitatu? D. *Rex mihi quoddam negocium mandauit, quod negocium ne quis omnino mortalium reſciſceret,[a] néue quò mitterer, præcepit. Eam ob rem famulis certum quendam locum aßignaui. Quare ſi habes quinq; panes, trade mihi: aut quot habes.* ACHI. *Panem profanum non habeo: ſed ſacrum habeo, ſi modò tui famuli à mulieribus abſtinuerunt.* DA. *Cum mulieribus nihil nobis rei fuit hunc iam tertiū diem, ex quo profectus ſum: ſuntq; corpora meorū famulorū caſta. Quòd ſi fortè tum cum profecti ſunt, fuerāt cū uxoribus, atq; ita corpora pura nō habebant: at hodie quidē, antequàm ſacris panibus ueſcantur, puri erunt, quoniam hic dies*

[a] néue reſciſceret quò mitterer.

dies tertius eſt, quod ſpaciũ [b] luſtrationi tribuitur in noſtra lege. A. *Igitur accipe panẽ ſacrum. Nam nullũ habeo, præter hos appoſiticios panes, e conſpectu Iouæ ſublatos, ſummiſſis ſtatim in eorum locum recentibus.* D. *Habes ne hic præterea ullã haſtã, aut enſem? Nam neq; haſtam, neq; enſem, cæpi: adeo me regis mandatum urgebat.* A. *Hic eſt enſis Goliathi Palæſtini, a te in ualle quercus occiſi, inuolutus panno, poſt ephodum. Eum tu, ſi uis, capias licet: nam alius nullus eſt.* DA. *Nullus eſt iſto melior, trade eum mihi.*

[b] purificationi.

SENTENTIA.

In periculis interdum ſimularunt ſancti homines. Lex eſt facta propter hominem: non homo propter legem. Dauid urgente neceſſitate panes ſacros, inſons comedit, quãuis non eſſet ſacerdos, & ſolis ſacerdotibus ueſci per legem liceret.

DOEGVS. 2. Reg. 22.

ARGVMENTVM.

Saulus iniuſtè curat occidendos Iouæ ſacerdotes, quia ei Dauidem non indicauerint.

Saulus, Achimelechus, Doegus.

A*Vdi Achitobi nate.* A. *Adſum domine.* S. *Cur [a] in me coniuraſti, cum Iſæi nato: tui & cibaria & enſem dediſti, & pro quo Deum conſuluiſti?*

[a] Temerè iudicant tyrãni, re incognita.